

De hoc autem nobis persuadere debet illico nosse ipse sensus: quæ enim tranquillitas, quæ interior suavitas percipitur statim post Confessionem? discit tunc experientia peccator se inani bus ideis, inanique metu tandem fuisse deterritum. Quam Sancta libertas! videtur sibi gravi exoneratus sarcina quæ obruebat: tandem aliquando respiravit; locutus sum; evomui virus illud, quod cor erat infectum. Gratia, quæ Sacramentum concomitantur, ita alacriter agit, ut excidant memoria difficultates, quæ superandæ fuerunt; & si quid penitentis sibi debet exprobare, illud profecto est, quod non statim Dominum cognoverit. Quis fuit ea medicina, cuius amaritudinem Deus temperare cognovit. Idem.

Quam majorem utilitatem hoc in judicio cupere possim, quam quod ego solus audiar, & in mea causa credat? non alius est præter me testis. Per hoc, Domine, peccatoribus has artes nos a quacunque calumnia tuæ: meo tantum testimonio audito judicatis; mihi fides habetur recentem sententiam numerum, factorum qualitatem, & proposita mihi consilia enarrasti. Statim judicem adeo: non vi illic trahor, ipse ego illum inquiri; inter me, ac ipsum transiguntur omnia, quin necesse sit alique appellari. Verum enim vero quoniam est ille Judex? o homo! homo est similis tui, infirmus, fragilitate sicut tu, peccator sicut tu; proprias infirmitates cognoscens; ideoque obstrictus. Peccatorum etiam miseratur; homo est, cui omnes divini, humanaque leges non temerandum secretum indicant. Lingua illius ita vincit est, ut solvi nullo modo possit, & fateor non sine perpetua penitentia miraculo &c. Idem.

Heus! quid prodest ad tempus esse celare, quæ semper celari non possunt? quid prodest levem, ac perfunctorium ruborem effugere, si evitari nequit sternus? Osee Propheta nos admonet, quo magis peccator in hac vita iniquitates occultaverit, eo majorem confessionem in altera subiturum: *Collegata est iniquitas Ephraim absconditum peccatum ejus; dolores parturientis venient ei.* Osee 13. Rubor necessario peccatum subsequitur; si hunc in hac vita patieris, tibi salutaris erit, & si majoris in altera ferre, pudor hic tibi perniciosus erit, & non terendus: *In judicio confitentur peccatores; qui modo nolunt confundi salubriter.* Non deest nobis veritatis hujus probatio. In persona David, qui eo majorem suffulsi est rubore propter scelus suum, quo diligentius illud studuerat abscondere: *Tu fecisti abscondite; ego autem faciam verbum meum in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis.* 2. Reg. 12. Tristitem confessionis signam, quæ peccator sustulderat, qui Sacramentum penitentiae ruborem effugerit! inaudita hominis dementia, qui nulla æterna salutis cura tangitur? Si nocens aliquis certo sciret, se supplicii sui ruborem evitare posse, illud uni tantum ex judicibus confitens, frustra illud tentaret Dæmon. Etenim proculdubio scelus illi ingenue crimen suum fateatur, & hujus confessionis pudor illum non tangeret. *Essai de Sermons tom. 4. Sermon pro tertia Quadragesimæ Dominica.*

Fateor equidem hanc gravissimorum, secretissimorumque scelerum manifestationem Confessario citra confessionem fieri nequaquam posse; verum hoc ajo, illam constantem, & animose suscipiendam esse, Deoque gratias agendas, quod cum æternam damnatorum confessionem fuerimus promeriti, satis putat, si brevi temporis intervallo coram homine erubescamus. Poteratne Deus ex peccatorum mittione expectare satisfactionem, ut secum redirent in gratiam, quam scelerum eorumdem confessionem? Hic unus Judex hac ratione operatur. Humana justitia confessionem hanc extorquet, ut mortis sententiam pronunciet, terræ hujus Judices noxium quemlibet urgent, ut facinus suum confiteatur, illam non absolvent, sed puniunt; & criminum confessionem statim Cruces, rotæ, equulei, aliaque id genus supplicia sequuntur; sed Judex Cæli, justitia cuius in hac vita misericordia repleta est, ita non agit. *P. Texier in Dominicæ tom. 1. tertia Quadragesimæ Dominica.*

Nullo unquam Sacramentum a JESU CHRISTO majori cum solemnitate institutum fuit, quam Confessione. Post Resurrectionem suam accessit Apostolus, iisque dicit: quemadmodum me vobis ad eundem finem propter quem a Patre missus fui, hoc est ad remittenda peccata, & quoniam

Confessio- nis facili- tas.

De pudore- consistendi- peccata.

De insti- tutione Sa- cramenti Peniten- tiæ.

hoc munus longe hominis vires excedit; accipere Spiritum Sanctum. In Spiritu hujus virtute ea, quæ remiseritis peccata, remittentur; & ea, quæ retinueritis, peccata, quæ minime remiseritis, retinebuntur. Hoc illud est reconciliationis Mysteriorum Apostoli datum, de quo S. Paulus verba facit; hæc est judicandi potestas, de qua in præfata ad Corinthi. 6. 3. loquitur. *Nonne de his quæ in- tus sunt, vos judicatis?* Quamobrem S. Hieronymus Epist. ad Heliodorum Sacerdotes nostros tamquam Apostolorum successores considerat, & ait ipsos quodammodo ante judicium judicare: *qui cla- ves Regni Cælorum habentes ante diem judicii judi- cant.* Idem.

Nos curari volumus; nobis placent agritudines nostræ, & ea, quibus premimur, diligimus ma- la. Hæc ea ratio est propter quam Sacramentum adeo parum agit in nobis; & infrequenter vere conversiones invenimur. Perimque inanes lan- guentis voluntatis conatus exerimus, quæ speciem tantum, fallacemque producit imaginem penitentiæ. Numquam excedit voluntatis nostræ signifi- cationem; ego vellem: cumque nobismetipsis dicimus; nos velle, hæc omnia illud est; atque in- teria nostra facile probare posset, ea omnia; quæ di- cuntur a nobis, esse mendosa. Hinc superficialis tantummodo confessio fit; metus nos detinet, ne nosmetipsos introspiciamus, & secretissimos cordis nostri motus scrutemur; non enim firmum propo- situm facinus nostra infringentia vincula quæ pro- hibent, ne Deo penitus devoteamur; ac tandem nobis satis est; si conscientia nostræ vulneribus le- vem dumtaxat asseramus medicinam. *De sumptis ex Manuscripto Schwane.*

Dei Filius sanguinem suum offerens pro omnium peccatorum nostrorum medicina, illum in penitentiæ Sacramento reservat, nobis omne epuldem meritum applicaturus. Ibi pretiosus hujus Sanguinis virtutem recipimus, & per illum peccata nostra delentur. *Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato.* 1. Jo. 1. Ita cum factus est victima nostra, tunc obtulit sanguinem suum pro Infidelibus, atque Hæreticis; sed quoniam hic illis minime applicatur in hujus Sacramenti pignora, quæ extra Ec- clesiam non est, magnum hoc remedium est illis inutile, & nulla pro ipsis est peccatorum remissio. *Dauidburg Sermon pro feria sexta post primam Qua- dragesimæ Dominica.*

Dæmon nunquam majori usur calliditate, ac verutia, ut nos decipiat, quam cum bonam Confessionem eliceret cupimus. Quomodo modum ille cogno- scit vim atque virtutem Sacramenti Peniten- tiæ, si cum necessariis dispositionibus recipitur; nihil intencatum relinquit, ut non tanto bono pri- vet, malum ruborem immittens, qui prohibet, ne secreta fateamur peccata, quæ committere non eru- bescimus. Hoc illis præsertim accidit, qui obsecris sese inquinantur flagitiis; hi enim ministeris ununtur, cum ad penitentiam se adhibent, atque in- tra sua contemunt, quæ sunt aperienda, atque in- tra sua ostentantur: sicut illi, ut nos peccata nostra aperiamus ipsi ea dissimulatur, ut nosmetipsos ac- cusemus excusatur, & condemnemus, absolutu- ro. Potestne Confessio majorem asserre utilitatem? *Pater Masson Oratorii Sacerdos Sermon 15. Ad- ventus.*

Penitentia Sacramentum Tribunal sacrum est ad misericordiam potius efficiendam institutum, quam ad noxios plecendos. Quomodo nobiscum ibi agit, & quam aliter ab ea ratione, quæ in secularibus judiciis usuvenit? Qui sunt adversarii nostri, ibi nos damnari postulant: cumque convicti sumus de his sceleribus, quæ abijciuntur, damnatur, & Judex gravissimam in nos sententiam pronunciat. In eo vero judicio, de quo loquimur, quis nos- ter est Adversarius? Deus est, qui petit nostram salu- tem. Quis Judex? Deus, & unus ex ministris ip- sius, ejus locum obtinens, & nos absolvens, sententiam pronuncians, quæ solvitur, & liberatur; & criminum nostrorum Confessio ad gratiam obtinendam plurimum confert. O infinitam Dei erga nos bonitatem! Quam utilitatem ex hoc Sacramen- to percipimus, quod Dei clementia in malis nos- tris medetur, instituit! Idem.

S. Chrysolomus nostram regenerationem ad gra- tiam vocat partum spirituale, partum ex gratia, Partus Spiritualis hoc habet commune cum corporali, quod neuter sine dolore accidit; sola enim relatio, quæ inter duplicem hunc partum invenit- ur, hæc est, quod in utroque dolor adest. Patitur Mater partum editura; patitur peccator effecturus, ut anima peccato mortua renascatur. *Ibi dolores, Houdry Bibl. Tom. 1.*

Sanguis I. G. in Pen- itentiæ Sa- cramento nobis applica- tur.

Quantum solatium afferat confessio.

& in novo hoc judicii genere nocens, qui pec- catum suum confitetur, absolvitur, qui illud dis- simulat, condemnatur. Dei Sapientia scelerum nostrorum veniam verecundæ Confessionis voluit adnectere; voluit, ut omnium nostrorum Con- fessio ad Christianam, atque penitentem vitam aditum aperiret: *Intrate portas ejus in Confessio- ne.* Psalm. 99. Majestas, quæ læsa fuit rebellis creaturæ pertinacia, nullam unquam seipsa di- gnitatem invenire postet reparationem, humiliatio- ne prostrati peccatoris seipsum tamquam fontem accusantis. Ideo a Tertulliano Confessio vocatur scientia, & ars infringendæ humanæ superbiæ, & injuriæ Deo illate reparandæ. *Ibidem in Ad- ventu.*

Quot sunt, qui in adfectata salutis suæ negli- gentia versantur, & namquam serio conscientia suæ statum perpendunt, qui illius vulnera scrutari, abditosque sinus rimari verentur, ne videant sce- lera, quæ fibimetipsis abscondere cupiunt, ut po- terant eisdem mendendi possint evitare? Tantum ab- est, quod hæc ignorantia peccatores excuset, ut immo cæteris sceleribus aliud recens, gravissimum- que adjiciant. Ignorantia hæc voluntatis est, non intellectus: non videt, quod videre nolunt: ipsi fibi eam nubem offundunt, quæ lumen auferit: Ne- gligentia horum peccatorum ignorantia ab eorum proficiunt inertia. *Noluit intelligere, ut bene age- ret.* Psalm. 33. Aures præbere nolunt secretæ voci conscientia suæ ipsos accusantis, atque impellen- tis, ut seipos accuset; pauci scire cupiunt, ut pauca confiteantur. Nolunt ad examen revocare, utrum contractus sui sint cum fenore conjuncti, ne restituerentur teneantur. *Ibidem.*

Quandoquidem sine dissimulatione Deus tibi parci, sine dolo teipsum accusare debes: tu solus accusator es, ac solus testis, qui scelera tua patefacere possit, neque utitur Deus questionibus aliis ut ex ore tuo criminum tuorum confessionem extor- queat, nisi motibus gratia suæ, & convenientia tue stimulis, ait Tertullianus. Itaque quo severior tui metus accusator eris, eo indulgentiorem ju- dicem reperies. Attamen nemo cogitare potest imperceptibiles ambages, quibus plerique peccato- res utuntur, peccata sua dissimulaturi, tunc etiam, cum illa confitentur. Ipsi semet primi decipiunt, ut melius Judicem fallant, & de illis Propheta Psalm. 26. loquitur, cum ait: *mentita est iniquitas sibi.* *Ibidem.*

Ana Confessionem, si amat decorem, S. Bernardus inquit: *bonum anime ornamentum confessio.* Confes- sio ornare potest animam tuam, eique decorem illum restituere, quæm peccatum abstulerat. At enim, indiget ne Deus oris nostri declaratione? nonne legit in cordibus nostris? nonne ibi videt acta, transactaque omnia? heu! quidam ait, Deus confessionem expedit non ut agnoscat sed ut igno- scat. Ille enim admississimos conscientia nostræ si- nus intueatur: sufficit illi, ut nos peccata nostra aperiamus ipsi ea dissimulatur, ut nosmetipsos ac- cusemus excusatur, & condemnemus, absolutu- ro. Potestne Confessio majorem asserre utilitatem? *Pater Masson Oratorii Sacerdos Sermon 15. Ad- ventus.*

Penitentia Sacramentum Tribunal sacrum est ad misericordiam potius efficiendam institutum, quam ad noxios plecendos. Quomodo nobiscum ibi agit, & quam aliter ab ea ratione, quæ in secularibus judiciis usuvenit? Qui sunt adversarii nostri, ibi nos damnari postulant: cumque convicti sumus de his sceleribus, quæ abijciuntur, damnatur, & Judex gravissimam in nos sententiam pronunciat. In eo vero judicio, de quo loquimur, quis nos- ter est Adversarius? Deus est, qui petit nostram salu- tem. Quis Judex? Deus, & unus ex ministris ip- sius, ejus locum obtinens, & nos absolvens, sententiam pronuncians, quæ solvitur, & liberatur; & criminum nostrorum Confessio ad gratiam obtinendam plurimum confert. O infinitam Dei erga nos bonitatem! Quam utilitatem ex hoc Sacramen- to percipimus, quod Dei clementia in malis nos- tris medetur, instituit! Idem.

S. Chrysolomus nostram regenerationem ad gra- tiam vocat partum spirituale, partum ex gratia, Partus Spiritualis hoc habet commune cum corporali, quod neuter sine dolore accidit; sola enim relatio, quæ inter duplicem hunc partum invenit- ur, hæc est, quod in utroque dolor adest. Patitur Mater partum editura; patitur peccator effecturus, ut anima peccato mortua renascatur. *Ibi dolores, Houdry Bibl. Tom. 1.*

ut parturientis. Et sane quo dolore torquetur, qui secretam, obsecramque consuetudinem patefacere debet, qui aperire debet quidquid in cordis sui penitioribus recessibus deliteat, infirmitates suas, dolos, voluptates, nefariam licentiam; qui homi- nis auribus existimationem suam efficitur; *Ibi dolores ut parturientis.* Sæpe nosmetipsos nobis abscondimus, ut ea committamus, quæ tunc re- velantur: nulla amplius nobis est verecundia, quia divina tantum charitate succendimur, omnibusque humanis considerationibus relicta, offendimus, quidquid sumus præsertim in interiori parte; cum extrinsecus omnino alii videamur. Fateor quidem non deesse penam; sed pena hæc superanda est. *Idem.*

Quid queritur in Confessione? numquid muta- re vitam, sincere cum Deo in gratiam redire, ab eo gratiam exposcere illa infringendi vincula, quibus creatis rebus adhaeremus; commissa detestari scelera, & nihil intentatum relinquere, ut impos- sibile ab his omnibus ablineamus, quæ nos detestari tandem oporteat? Nihil horum omnino; verum queritur, ut extrinsecus hominis Christiani offi- cii persueamus, nos sanctam vitam ducere, quandoquidem crebro accedimus ad Sacramenta: præsertim vero querimus retundere aculeos conscientia, cuius exprobrationem ulterius ferre non possumus. Sexcentis obnoxii sumus infirmitatibus, quas libenter deploramus, & fide satis bona detestamur; at- que speciosus hic dolor satis est, ut nosmet de confessionis nostræ validitate persuadeamus. Verumtamen nobis adest peccatum aliquod charum, illius cordis, maiorum omnium origo, quod stupidi non intelligimus, quod modo confitemur, tam- quam perfunctorium peccatum, quin fateamur illud nobis insitum, ac inveteratum esse: ideo Confessio- nem mutamus, quoniam peccatum mutare nolumus: modo etiam omnino reticemus, seu quod ex- citi illius deformitatem non videmus, seu quod non audemus semper idem confiteri peccatum, quod sæpius commisisse non tædet. Ita nosmet decipien- tes, & Confessarium ipsum fallentes, peccatum hoc eorum numero adscribimus, quæ licent, vel saltem, quæ mala non sunt; atque ita eos retin- dimus stimulos, qui diu nos exagitant. *Abbas de Monmorel tertia Quadragesimæ Dominica.*

Potissima Sacramenti penitentia pars est ince- rum flagitiorum omnium dolorem concipere cum proposito ulterius minime peccandi: quod erat ante; ut cor omnino sit aliud ab eo, quod fuit ante; hoc est amare quod oderamus, abominari, quod amaveramus, dolere ob ea, quibus lædamur, & ob hunc dolorem lætari, omnibus insensibile hujus saculi gaudii prætere hanc tristitiam, quæ sacra- dum Deum stabilem operatur penitentiam pro sa- lute assequenda; amarum putare, quod olim dulce videbatur; ita denique affectos esse, ut quæ antea sensuum erant delicia, fiant anime supplicium. *Idem homilia in quartam Dominicam Adventus.*

Altera Sacramenti penitentia pars in eo consi- stit, ut peccata nostra confiteamur, ut in secretioribus cordis nostri recessibus ea detegamus, quæ & aliis, & nobismetipsis abscondere cupimus; ut fontem, originem, circumstantias, ne- quitiam, effectus, & ea, quæ inde consequuntur, mala explicemus, quia nosmetipsos accusemus tam- quam peccati alicujus perfunctorii, atque fragilitatis, eorum scelerum, quorum habitus nobis inole- vit; ut denique vulnera nostra ostendamus, qua- lia sunt, eorumque nos pudeat, & pudor hic nos coram Deo abiciat, atque profernat. Numquid ita confitemur? Alii quidem satis sincere quadam confitentur peccata; verumtamen semper illud te- gere, & excusare contendunt, quod cor prodi re- casat; alii, ut ita dicam, scelerum suorum ten- tationem historiam; putant hoc memorie solius esse negotium, quæ factorum meminerit, non cor- dis quod facta abominetur: in peccatis enarra- dis satis fideles, quin se eadem patraffe penitent, *Idem.*

Cur tamdiu differs confessionem tuam? quo ma- gis eam differs, eo magis eam differ optabis, & mea quidem sententia majori cum ratione hoc opta- bis. Quo enim magis illam differs, eo magis pec- catorum numerus augebitur, & majori cum labore eorum recordaberis. Verum si eorum oblitus fue- ris, credine eorum obliturum Deum? Credine ob- livionem, quam vel vitare, vel prætere potui- sti, & quæ voluntarie negligentia, & nefarie di- latio- *E e e 2*

Confiteri debemus animo vi- tam mu- tandi.

Quoniam esse debet peccatoris declaratio.

lacionis effectus est, te coram Deo posse excusare? Hoc si verum esset, oportet esse negligentem, ut Confessio esset facilior. Numquid bona ad confitendum dispositio est raro conitari? Quinam aliquid facere dicit illud infrequenter faciendo? Tunc acquirere poteris bonam penitentiam habitum, actus ejusdem semel tantum quotannis exercens? num sese curacionis disponit, qui semper differt medicinam: eamque recipit tandem cum morbus invaluit, & incurabilis evasit? Credisne difficultates imminui hac mora, vel non potius illas percrebescere vides peccata altius radices facient, confirmabuntur habitus, voluntas vero infirmabitur? *P. Nepren in Christianis Considerationibus tom. 1.*

De confessionis abusu.

Nihil adeo Sanctum atque efficax est, ac confessio cum omnibus circumstantiis suis, quae efficiens, ut summo cum ardore, atque perseverantia ad divinam misericordiam januam pulsemus, eam semper nobis aperit, ejusque procurat effectus. Verum cum fletu, ac lacrymis exploranda est duritia, & caecitas hominum, qui hoc abutuntur medio, tantae utilitatis, quod omnia illis bonorum genera procurare possit; & qui rem Sanctissimam, saluberrimamque prophanant. Nihil tamen communius, nihil vulgaris est hoc abusu, & perpetua hoc satis probat experientia. Licet enim unquam tot extiterint Confessarii: & quamvis Templis iis referta sint, quibus nulla requies est, donec memoriam suam longa scelerum serie exoneraverint; flagitia tamen nunquam plura, vel majora fuerunt in omni conditionis genere, & qui frequentius confitentur, hi ad iterum peccandum videntur audaciores. Si texunt historiam criminum suorum Sacerdotibus, sibi autem praesentibus, hoc faciunt sicut illo sensu Dei, sine ullo contritionis motu, sine ullo sese corrigendi, agendique penitentiam desiderio; & rati se omnia fecisse, ubi confessi sunt, se tuos esse putant propter facilitatem, qua per Confessariorum suorum indulgentiam peccatorum obtinent remissionem, & eo minus verentur in sceleribus suis perseverare, quo minorem inveniunt difficultatem in confessionibus suis efficiendis; quin tamen unquam corrigantur. *De sumptibus ex tractatu de frequentia Communionis.*

Speranda nobis est criminum nostrorum quantumvis enormium venia, cum vera penitentia ducti eadem confiteamur, cum ad penitentiam Tribunal accedimus non sine timore, ac tremore, cum caput demittimus sub hoc iugo cum summa humilitate, cum cor nobis inest contritum, & humiliatum, cum recipimus facili cum docilitate confilia, quae nobis suggeruntur; cum illis nosmet subicimus sine exceptione, cum animose austerum vivendi genus amplectimur. *Ibidem.*

Quid de confessione ac satisfactione.

Cum te offers Sacramento penitentiae, ne putes tibi solum esse Sacerdotem: adest enim Confessarius, vel potius Iudex invisibilis, qui pro eodem sedet Tribunali; videlicet JESUS CHRISTUS, qui audit Confessionem tuam; ut ipse te absolvat. Extendit ille cum Sacerdote creuant manum; per os ministri hujus profert verba tuae absolutionis, tibi applicat Sanguinem suum, suamque gratiam confert, & Inferi impedire non possunt hanc peccatorum cum Deo reconciliationem, si ille sese apte disponat. Verum quod demones cum universo furore suo facere nequeunt, hoc faciunt silentio tuo, si in confessione imperfecta retices peccatum tuum. *Biroat Sermon. 1. pro tertio Quadragesima Dominica.*

O fustem silentium, quod divini Verbi voces impedit, & licet hoc sit Omnipotens Verbum, illud tamen tacere cogit! Utique vult JESUS CHRISTUS loqui pro te, vult proferte verba absolutionis tuae, idque eo ardentius, quia hac magis gloriosa sunt verba, quae extra se valeat proferte, non solum propter effectum, quem giungunt, videlicet peccatorum satisfactionem, omnium operum ejus maximum; verum etiam, quod caro pretio eam sibi comparavit facultatem, quae per haec verba significatur. Hac igitur maxima est contumelia, quam illi valeamus inferre. *Idem.*

Seriliter confessio nisi malum.

Si iterum eadem ratione ad Confessionem accedis, majores semper obices contrahis, donec fiat meander quidam sacrilegarum confessionum, quibus peccator irruitur in tenebrarum abyssum, in qua magis magisque metuit confessionem efficere praecedentium confessionum defectus reparantem repetita Sacriliga detegentem. Hac enim adeo horrore plena, ita difficultatis, atque tormentis re-

serta, ut ad evitandas has difficultates malit peccator silentium servare suum; atque ita eam de mente in mentem differens esse confessionum multiplici nexu sit totidem sacrilegorum catena. Hoc plurimos fideles damnavit. Non ideo illi interierunt, quod adulterium commiserunt, sed quod commissum celaverunt; morbi sui dissimulatio eos incurabiles effecit, cumque lingua caruerint, ut confiterentur, lingua haec in aeternum de silentio suo conqueretur. O silentium, quam crudele es in effectibus, quam injustum in causis tuis! *Idem.*

Ratio magis communis, qua utitur Daemon, ut confessiones imperfectas efficiat, & vinculum magis familiare, quo peccatorum linguam vincit, est naturalis pudor, quo peccata nostra patefacere erubescimus: inventum eo periculosos, quo dedecoris metus; & violentior est natura nostra affectus, & difficilior, qui superetur. Deus ipse nobis pudorem iniecerat, morbi sui dissimulatio eos incurabiles effecit, cumque lingua caruerint, ut confiterentur, lingua haec in aeternum de silentio suo conqueretur. O silentium, quam crudele es in effectibus, quam injustum in causis tuis! *Idem.*

Nos pudet sceleratos videri in Tribunali penitentiae? numquid ignoramus nobis peccatum esse confitendum, ut illius veniam assequamur? pudet aperire vulnus hoc Confessario? nondum ne didicimus, malum, ut curetur, medico esse aperendum? profecto licet in peccato mortali, cum occultum remanet, non alia invenitur poena, quam conscientiae tormentum; hi simul, hi metus, hi terrores Christiano viro adeo formidabiles sunt, ut prudentes agere censeretur, qui exigua difficultatis pretio sese ipsis liberare vellet, & hanc verecundiam, & confusionem immolare conscientiae suae tranquillitati. Verum parumper videte, quam perplexus sit ille peccator, qui tamquam fidei articulum integrum confessionis necessitatem. Opus est igitur, ut vel confiteatur, vel damnetur; nihil medium est, vel momenti rubor, vel suppliciorum aeternitas? Infernus, vel Confessio; brevi confusione erubescere, vel aeternis ignibus cremari. Nonne de sanx mentis usu dejectum illum esse opus est, qui aeternam felicitatem sibi renuit comparare, fluxo, brevique pudore? Peccator erubescit, Dacianus ait Paran. ad Penit. perpetuam vitam praesentis pudore necari? *Idem.*

Duo sunt judicia, in quibus peccata nostra prodire debent; alterum est penitentiae Tribunal, alterum est Tribunali iudicii: si illa in priori detulerimus, non apparebunt in altero; sed producentur in iudicio, quodquid in penitentiae Tribunali confessi nequaquam fuerimus. Utriusque pudor imminet; pudor confitendi peccatum; pudor videndi illud coram omnibus peccatum; alteruter vitari non potest: simul conentur utrumque, ut videas uter magis ferendus sit. Hinc pudor, qui in confessione patris, est fane levis confusio: uni tantum hominum peccatum tuum detegis; discretum eligis confessarium, cum quo tibi est confidentia; ille miseretur infirmitatis tuae, solaturque verecundiam tuam: inde vero pudor in iudicio ferendus summus erit, non in aere confessarii, sed coram universo mundo iniquitas tua revelabitur: testium multitudo pudorem tuum augebit; debet hac mulier generalem confessionem facere coram confanguineis suis, coram matre quam fecellit, coram viro, quem prodidit, coram amicis, qui illam ho-

Confessio tormen- tis ubi in confessione ne grave aliquod peccatum celatum fuerit.

Difficultas peccata si post sacrilegam confessionem.

nefam esse arbitrabantur. Ex hac comparatione de silentii vestri injustitia iudicium ferre.

Idem. Post sacrilegam confessionem major adhuc difficultas est conitari: accusanda enim sunt non solum peccata, quae fuerunt omnia, verum etiam commissum sacrilegium. Si hoc pacto bis, vel ter confessus fueris nunquam bonam confessionem facies. Nequis enim amplius inire consilium sciendi confessiones omnes perperam factas, ac detegendi tot communiones, & confessiones sacrilegas alias alii congestas. Mavis servare silentium tuum, & de sacrilegio in sacrilegium prorurere quam rem difficilem adeo suscipere. Deus interim imminuit gratiam, Daemon vero tyrannidem suam confirmat; cumque postrema efficienda est confessio, a qua pendet salus aeterna; hac jam fieri non potest. *Auctor Sermonum Christianorum tom. 4. Sermon de desistibus confessionum.*

Etlo quidem, indulgentia aliqua utamini erga Penitentium infirmitates, at nulla unquam erga illorum passiones. Ubi videbitis penitentem imbecillum, & cujus stomachus infirmus est, ne imponatis illi longa jejunia; ubi videbitis hominem magnis distentum negotiis in multis curis sollicitum, huic ne longas preces imperetis; ubi aliquem re familiari laborantem videbitis, ne magnas huic eleemosynas praecipiat: sed sine bonae, five male valetudinis sit, five negotiis implicitus, five secus, five pauper, seu dives affectibus illius ne parcatis. Hic inveteratum foveat odium, ille voluptatem, & libidinem deperit, hic propter loquendi cachoetem facere non potest quominus loquacia, & contumelias ingerat: in hujusmodi occasionibus vobis vestra auctoritate, vestrique luminibus utendum est, ne quae adeo ignavi esote, ut ipse ignoscatis. *Joly in propositionibus suis tom. 1. pro Dominica infra octavam Nativitatis Domini.*

Non desunt penitentes adeo recti sensus expertes, ut confessarii sui rationem improhent, cum aliqua in ipsos utitur severitate imperatorum vel rei restitutionem, vel honoris reparationem, vel perniciosa consuetudinis finem: videlicet vellent in sui gratiam confessarii sese ministerio suo arque muneri infideles praebent; & penitentium incorrigibilium, & delicatorum gratiam occupari, temere abolitionem concederet, quamquam penitentes illi indigni sint qui eandem recipiant. Dolent, & acriter conaeruntur perinde ac sibi a Sacerdotibus inferretur injuria, & quod semetipsos cum illis damnare detrahant. *De sumptibus ex Auct. Anonym.*

Daemon, qui non ignorat, cum fragiles simus, sine hac medicina in cerum interitum esse prolapsuros, nihil intentatum relinquit, ut eam nobis vel pripiat, vel inutilem reddat. Contigit ipsi, hanc penitus illis auferre, qui sunt extra Romanam Ecclesiam; Catholicis vero suadet, ut raro eadem utantur, cumque ad illam confugiunt hanc ipsi in perniciosissimum virus convertere admittit propter preparationis defectum, quo ad illam accedunt. Gravissimum proculdubio malum est, in eo Sacramento, quod pro nostra reconciliatione fuit institutum maxime infelicitatis nostrae causam inveniri; nobisque idem accidit, quod illis, qui in balneis ad valetudinem preparatis submergantur. Verum quantum esse potest tanta infelicitatis origo? haec sane, quod perperam abutimur medicinae. *Sec. P. de la Colombe tom. 4. Sermon hujus argumenti.*

Non desunt, qui in factorum suorum examine penitiores animae lateras nequaquam scrutantur, sibi enim corruptionis aceryum prospiciunt, quem penitus detegere verentur, ne major cognitio illos ad immutandum vitae genus impellat. Itaque illis tatis est perfunctorie ea percurrere, quae post ultimam confessionem acciderunt; ex tantum consistuntur scelerata, quibus non coguntur recedere ab eo vitae systemate, quod quisque sibi juxta mundum, & amoris proprii praecipua adornavit, & systema hoc, cui parere student, ubi sit examen, sextenta continet, quae JESU CHRISTI praecipis adversantur. Atamen, ne vitae genus sibi adeo acceptum teneantur relinquere, vel conscientiae stimulos excitare, omnibus hujusmodi flagitiis occultos si quando in hoc vitae genus obrepit effectum esse arbitrantur. *Idem.*

Conjice, quam levis sit dolor noster, quamque

Delectus exemplis quod in confessione necessario requiritur.

infirmum propositum; peccata non solum excusantur, dissimulantur, imminuuntur ambiguis locutionibus, verum etiam postquam illa confessi fuerimus, statim cum ipso confessario alteramur pro biduano, vel triduo jejunio, eleemosynam erogare negamus, levem aliquam voluptatem relinquere volumus. Quodnam est hoc penitentiae genus? quodnam propositum abdicando peccatum, quandoquidem ea respuantur consilia, quae ad illud relinquendum conducunt? Videtur profecto nonnumquam vere penitentes sese ad Sacerdotis pedes projicere, sed rari sunt, & facile dignoscuntur. Tunc enim videre mihi videor zegros, qui non possunt amplius pati malum, quo conficiuntur, & qui quocumque pretio curari volunt. Secetur, abscondatur, curetur, dummodo solatium aliquod mihi afferatur; mea non refert quoniam tormento supplicii meis finis imponatur. Verum longe plures sunt, qui vix se ipsos colligunt &c. *Idem.*

Quid opus est adeo procul invenire argumenta sinceritatis in eo proposito, quo nos vitam immutare pollicemur; quandoquidem eo ipso tempore, quo propositum istud elicimus, plerumque in eo ipso, quod accusamus, crimine perissimus? Exempli gratia, domi tuae muliercula quaedam adest omnibus scandalum adferens, vel in ea domo versaris, ubi proxima te urget occasio peccandi, polliceris quidem te velle scandalum hoc auferre, & ex hoc periculo emergere; verum cur id non efficias, antequam ad confessionis Sacramentum accederes, quomodocumque prodiere audeas ante oculos Judicis tui, qui antea hoc penitentiae tuae testimonium dederis; quomodo dicere audeas, te, postquam fueris confessus, in illud scelus non esse amplius relapsurum; quandoquidem ne ut confitearis quidem illud relinquis? Nonne aptius erat initium penitentiae ducere a reconciliatione cum inimico tuo, a male partorum honorum restitutione, a reparatione injuriae, quae frater tui exiliminationem lassit? Cur expectas post confessionem hanc adimplere, sine quibus nulla confessio est? Vin aperte dicam? secreta tibi voluntas est, nihil eorum faciendi, quae polliceris? *Idem.*

Antequam ad confessionem accedat, jam reliquiae debes proximam peccati occasio.

Illi, qui ad Sacramento recipienda preparantur, hoc primum docentur, necessariu habendum esse quoruncumque peccatorum scelerum dolorem, & aequale propositum non ulterius peccandi: quae si desint, nullam esse abolitionem, nullam reconciliationem, nullam peccatorum remissionem. Merum centum peccatorum actus; inter haec autem cum ceterorum penitentia ducatur, consiliumque certum in eam ea pro viribus erigendi, unum tantummodo excipio, cuius me nec penitet, neque pudet, neque ab eodem recedere cupio, five hoc a me explicite fiat, five tacite. Gratiam abest, id si fecero, quod redeam in gratiam cum Deo, ut imo nocentior fiam; tantum abest, quod mea vulnera curem, ut imo istidem virus impergam; tantum abest quod mea vincula infringam, ut imo aggravem jugum meum, meaque servitutum. Haec nemo unquam Christianus ignorat, verum ad haec in praxi quamplurimi, ne animum quidem advertunt. *P. Aurelianus tom. 1. Sermon de Confessione.*

Saepe quin confessarium prudentem, atque aptum ad auxilium consilii sui nobis ferendum eligamus, fortuito illum assumimus, eumque saepe eo in tempore assumimus, quo confluenti multitudine stipatus nequit id tempus, eamque curam impendere, quae ad nos efficaciter juvandos requiritur. Quot etiam adfunt, qui de industria, dataque opera, eum, cui confiteantur, eligunt, qui inter confessarios negligentior, atque incuriosior videntur? Hujus caracteris Sacerdos, statim ac dignoscitur, sit recte omnium mundi asecularum confessarius, hoc est eorum omnium, qui se ipsos fallere cupiunt. Ratio ipsa, qua illi de illo loquuntur, satis prodit, quid sentiant: justum supplicium indigni ministri hujus Sacramenti, & sacrilegi dispensatoris Sanguinis, & meritorum J. C. At ne putes ministri supplicium esse penitentis immunitatem. Letaris, tibi metipsum plaudis, tibi complacens, anima mundana, eo quod facilem, atque indulgentem confessarium inveneris. O te miseram! hoc tanto pejus est tibi; indiges enim confessario, qui prorsus oppositam rationem sequatur. Indiges confessario, qui luminibus suis id detegat, quod tua clarior ignorantia; tu vero fortasse teipso imperitiorum eligisti. Indiges confessario diligenti, qui recta iudicii lan-

Delectus in electo. ne confes. satii.

et ponderet, quidquid propter amorem proprium leve putas; eumque elegisti, cupis negligentiam cum affectibus tuis ad te decipiendam consentiat. Indiges confessorio constanti, ac forti, qui crudelitate vulneribus tuis ferrum, atque ignem admoneat: Tu vero elegisti crudeliter indulgentem. Quid autem fecerit? proleto mala tua gravius exacerbasti, & fortasse morbum tuum insanabilem effecisti! Idem.

Non placet homini totam, quanta est, improbitatem suam intueri, multo vero minus eandem alius patefacere. Detudum hunc ab Adam recepimus. Sibimetipsi graviter peccatum suum, & propriis oculis non terendus, sub arboris umbra delitescit, atque docente veredundia, ex foliis sibi confusus perizomata. Prodire tandem coactus, ut de seculo suo respondeat, quin humiliter confiteatur, illud dissimulat, meditati ambagibus involvit, recitit circumstantias, addit exculpationes, & quin verbo sese expedit dicens, peccavi, prolixum sermonem instituit, ubi consule tantum suum peccatum indigitat. *Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi.* Genes. 3. Quin explicet peccata superbia, inobedientia, ingratitude, que in sua intemperantia continebantur, & que intemperantia eadem erant majora, simul unico involvit verbo: *comedi.* Quot huic similes confessiones sunt! quot prolixis sermonibus confundunt, involvunt peccata, que confessorius dignoscere nequit: quot plura complectuntur his verbis, que unum tantummodo indigitant, quod etiam plerumque ceteris levius est! Male locutus sum de proximo, dicit aliquis: ira correptus fui, inquit alter; nimium lusi, alius confitetur: sed qui male locutus est, additne se propter odium, atque ut ultionem persequeretur, fuisse oblocutum? Fateturne se non dubitauer, & affirmative ea asseruisse, que suspitionum suarum temeritati innuntiant? additne eos, de quibus oblocutus est, existimationis suae iacturam passos fuisse: qui autem se iratum fuisse confitetur, subditne, iram hanc gravium malorum fuisse causam, famuliz pacem turbasse, famulis murmurandi anam, scandalum accolis tribuisse? qui excessum in ludo fatetur, ait ne excessum hunc eo usque processisse, ut familiar bona obligerit, ac alienum non solverit, filiorum hereditatem evertierit, ac seipsum in eum statum adduxerit, ubi elemosynas erogare non possit? Idem.

De serio exanimat ante confessionem habendo.

Confessio serium examen postulat & serias cogitationes. Ratio hanc Deo reddenda est: reddere potest, quin omnes articuli diligenter excutiantur? Confessio scelerum omnium, que parata sunt, omnines circumstantias aperire tenetur, hoccine fieri potest, quin diu multumque inquiramus? Judicium est contra nosmetipsos ferendum, in superiori Tribunali antiquandum nisi rite prolatum fuerit: nimiumne temporis infumum potest, ne decipiamus? Cum igitur nobis instituentur rationes sint, iuxta quas damnamus, vel absolvi erimus, pro ut bene, vel male a nobis supplicata fuerint, hoc primum facere tenemur: videlicet nosmet corrigere, atque antea vitæ flagitia diligenti examine inspicere &c. *Joly propositione pro quinta Quadragesima Dominica.*

Si penitenti inesse debet vigilantia, ac diligentia æquissimi Judicis in peccatorum suorum examine, in eorumdem confessione animam accusatoris debet induere. Non satis est, ipsum Sacerdoti sua peccata proferre, quasi alterius cuiuspiam res gestas narret? Confessio hac instituenda est, zelo iustitiz, & animo vindictæ contra seipsum, animo accusatoris; inquit Tridentina Synodus, Sess. 14. *us ea in nobis vindicare cupiamus.* Oportet, ut seipsum accuset paratus ad penam peccatis tuis debitam subeundam, dignamque Deo satisfactionem tribuendam. Quid enim prodesset districto examine conscientiam suam excussisse, si in confessione scelera dissimularet, si variis prætextibus illa contereget, si eadem verbo deterreret? deficit ergo in maxime necessaria confessionis parte, qui in alium rejicit partem sceleris, cuius nomine seipsum accusat; qui tot congerit exculpationes, que peccata possunt imminuere, & eas circumstantias omittit, que peccatum gravius efficiunt, & confessorio melius cordis naturam detegunt. Qui ita agit, nonne seipsum iustificare potius, quam sincere accusate velle videtur? Verum seipsum decipit, se præbet indignum veniam, quam humiliter confessione recipere; sibi, ut Patres loquuntur, obstruit aditum Di-

vine Misericordiz, quod cor suum satis aperire detrahat. *De la Font, dans la suite des Entretiens Ecclésiastiques, pro sexta Quadragesima Dominica.*

Putasne, Deum a te læcessum nimis exposcere, quod minime parere velit, nisi prius Sacerdoti sub inviolabili Sacramento sigillo scelera tua fueris confensus? Si, uti oportet, intelligeremus enormitatem peccati lethalis, quam gravis sit contumelia, que Deo per ipsum inferitur; quam immensa divina iustitiz sint jura; quam infra debitam satisfactionem sit quodcumque prætere possumus, ut conatum hunc reparamus; proculdubio admiraremur ineffabilem Dei nostri bonitatem, ac indulgentiam. Immo neque satis admirari possumus quod cum a deo magnus, adeo potens, adeo Sanctus, & creatorum suorum non indignus sit post tot indignissimas contumelias acceptus, dignetur tamen nos in gratiam recipere, nobisque scelera nostrorum veniam offerre, dummodo vera penitentia decamur, & integram ministris suis confessionem faciamus. Idem.

O Domine, nimia bonitas es, nimium cedis de infinito jure iustitiz tue, nimis indulges. Licet enim in peccati lethalis expiationem gravissimas quaslibet austeritates exigeres, licet imperares, ut reliquum vitæ spatium in gemitibus, ac lacrymis sine ullis vitæ hujus commodis, atque in molestissimis penitentiz exercitiis transigeremus, nimis magna adhuc esset misericordia tua, nosque inextimabile donum confusos censere deberemus, qui hoc pretio scelerum nostrorum veniam obtineremus. Sed quam major est misericordia tua, quam erga nos clementior! hanc cogitare non possum, quin admitem. Te veniam confessorum polliceris, dummodo vera penitentia decantur homines, atque sincere peccata sua confiteantur. Idem.

Ne iteris ob illam absolutionem, quam confessorius a te deceptus imperit; de hac idem est ac de gratia, quam fonti Princeps concecit: si facti veritate dissimulavit, si fideliter omnia minime exposcit, gratia ad nihil valet, nulla est, revocatur. Esto quidem, confessorius tibi absolutionem tradidit: putans te ad eam recipiendam satis dispositum; hæc tibi minime proderit, si sciens, & volens peccatum aliquod claveris. Ne putes a Deo in Cælis confirmari quod illius minister fecit in terra: immo e contra delet, & antiquat Deus sententiam, quam protulit Sacerdos. Hæc præclarus est verecundia, & dissimulationis tue fructus; qui si integram, sinceramque peccatorum tuorum confessionem fecisses, veniam obtinuisses. Quod si publicam evitare cupis confessionem, que impij ob flagitia sua novissimo iudicio die suffunderit, te minime pudeat in penitentiz Tribunali secretam scelerum tuorum instituire Confessionem: patefac humiliter omnes pravos intentiones, omnia prava consilia, scelera omnia citra dissimulationem. Si confessorium tuum decipis, inquit S. Augustinus l. 2. *de vitijs. in firm. cap. 7.* teipsum periculosus decipies. *Lien.*

Peccatorum nostrorum confessio non humilis tantum esse debet, sed simplex, & ingenua, quin excutatur intentio, cum improba fuerit; quin peccatum imminuatur, cum fuerit grave; quin in alios rejiciatur, cum est personale. Intentionem suam exculare, non est confiteri; sed seipsum tueri, atque defendere: factum imminuere, non est seipsum accusare, sed ingratum esse, & parentis clementiam contemnere: denique scelus in alium rejicere, neque hoc confiteri est: sed pro se alium accusare, ac seipsum fontem efflicere horum verborum nequitiz, quibus ne unquam uteretur David, cum Deum deprecabatur. *Ex S. Bernard. Serm. 16. in Cantica.*

Verendum non est, quod penitus male audiat apud confessorium, cui sua peccata commisit. Eodem tempore, quo confessorius audit penitentem, seipsum respicit, & alienam miserum infirmitatem, considerans, futurum fuisse ut ipse quoque in deteriora scelera prolaberetur, si a Deo naturæ suæ corruptionis derelictus fuisset. Hac percussus cogitatione amat, in pretio habet candorem, & humilitatem penitentis, ac serio in seipsum cogitationem convertens, dicit, cum hominibus eadem ferme studia inita sint, nullum esse peccatum, quod homo, quicumque ille sit, non perpetraret, si desereretur ab eo, qui est omnium Creator. *Nullum est peccatum, quod non faciat homo,*

Confessio non grave iugum, sed est divina effectus misericordiz.

Nolla est absolutio cum deceptus fuit confessorius.

Quænam esse de peccatorum confessio.

mo, si deseratur ab eo, a quo factus est omnis homo. *Desumptum ex Morali Dictionar. tom. 1. in confid. de confessione.*

Numquid confessorius penitentem adulatur? an penitens decipit confessorium? utrumque accidit sæpe. Ille nimium indulgens, nonnumquam penitentem peccatoribus remittit putans, se non modicum professio cum eisdem ad peccata confidenda perduxerit: hic vero non aliud querit, nisi ut levi negotio sese eo pondere exoneret, quod nimis magnum est, præcipua quadam recurrente solemnitate. Ille petit, hic promittit, discedunt uterque satis contenti, confessorius quidem de submissione, rectoque proposito penitentis sui: penitens vero de confessorii lenitate, atque indulgentia: verum utriusque ne Deus contentus est? *Lien.*

De confessione generatim, ac de se ipsius damnatione.

Penitentia non aliud est, quam species quadam iudicii, cuius forma satis peculiaris est: si enim queris in terris quinam iudicio præsit? illum respicere, qui reus videtur: videlicet peccator, qui simul & rei officio fungitur, & iudicis. *Ascendit homo adversum se Tribunal mentis suæ, atque constituto adversum se iudicio, adest accusatrix cogitatio, testis conscientia, metus carnis, inquit S. Aug. in l. 50. homiliarum.* Peccator sibi Tribunal extruit in corde tamquam iudicium: seipsum tamquam reum in iudicium appellat. Adest ipse in iudicio veluti notens, audit cogitationem seipsum accusantem, & conscientiam testimonio suo crimina confirmantem; ac zelo succentis satisfaciendi Deo contra se pronunciat sententiam, ac seipsum condemnat: Hoc primum: deinde confessorium adit, & ad pedes illius provolutus est de omnibus sceleribus suis accusat. *P. Bourdaloue, Sermone de Penitentia, qui sub nomine illius circumfertur.*

De misericordia Dei in Penitentia Sacramento.

Gaudemus eo quod Ecclesie Salvator reliquit quamplurimos heredes misericordiz suæ, vel ut cum S. Ambrosio loquamur, tot suæ charitatis Vicarios; ut desuper minime sint, qui nobis adorabilem ipsius sanguinem distribuant eadem charitate quam super peccatores effundentes, que ipse pro illis effudit. Quænam consolatio est, si Sacerdotem in confessionis Tribunal constitutum fuisse Deum hominis, non ut illum perdat, sed tamquam ipsum gentium Salvatorem! Quam denique conscientiam in penitentiz Sacramento habere debemus, cuius ministerium Redemptor commisit non Angelo, cuius Sanctitas nobis terrorem incuteret, sed hominibus, qui infirmitati nostre compati possent, sed peccatoribus, qui & ipsi se indigent misericordia, quam ab illis expectamus. Erimus ne similes illi Paralytico hominem non habenti, a quo in piscinam miseretur? multi sunt J. C. Ministri, aperta sunt Tempia, parata Tribunalia, Sacramenta, sacri illi rivuli semper pleni sunt sanguine J. C. ad peccatorum nostrorum fordes eluendas. ad vulnera nostra curanda. Quam igitur exculpationem asseremus? Ignorare possumus, tanta largitate Deum nos horari, ut ad penitentiam confugiamus! *Evangelizet Serm. de Penitentia.*

Si peccata omnia ex eorum numero essent, que in mundo dedecus non adferunt, & que existimationem non lædunt; immo si ex eorum essent numero, que mundus consecrat, & quamplures laudat, & gloriæ sibi vertunt; puta vanitas, ambitio, odium, ultio, luxus, mirum non esset, si mortales animose eadem detegerent, sed obsecrare consuetudines, flagitia, que secum tantum confusionis adferunt! Heu! cum hæc detegenda sunt, quantumvis sub confessionis sigillo, que mentis confusio est! quis labor? Ego ne homini, qui similis mei est, speriam peccatum illud, quod Deus unus agnovit, quod nemo nescit, quod sibimetipsi absconderit vellem? Præstaret sermo in agone laborare, & martyrium pati; quippe reipsa martyrium est, & agonis species, non quidem ex venis cruorem efficiens, sed illum in faciem attollens eo pudore, qui penitentiz vox potest nuncupari. *De Sancto Martino Sermone de Sancta Magdalena.*

De confessionis maiestate.

Provincia hæc aque tristis, ac difficilis est: quid enim tristius, quam audire prolixam nomenclaturam scelerum, humanarumque infirmitatum, & detecta videre iniquitatis myteria, celataque mundi ignominias: *oculus dederis,* ut loquitur Apostolus: mentem referant habere terris imaginibus impudicitiz, vel vanitatis humane: esse quemadmodum sequestrum omnium flagitiorum, testem fecunditatis peccati, & corruptionis nature? Difficile autem dico, & ubi magna opus est prudentia, metu, circumspectione. Quid est enim confessio?

farius? homo est divina indutus potestate, cui J. C. tradidit facultatem ligandi, atque solvendi; qui debet quidem iniquorum misereri, sed etiam irreconciliabilis esse debet hostis iniquitatis, ita ut prudentissimo lenitatis, & severitatis temperamento misericordiz, & iustitiz ita consulat, ut alteri quidem placeat, & simul alteri satisfaciatur, quin alterius jura læseat. *Flechet in Panegyricis.*

Verum est, ignorantiam, modo sit invincibilis, peccatorem exculare, ita ut in confessione seipsum accusare non teneatur; sed hic plerumque prætextus est. Ego ne invincibilem ignorantiam appellabo illum, qui levi morbo tactus statim accessit Medicum, agritudinis suæ historiam fufus enarrat, easque aperit causas, unde illam profectam putat; & qui lethali vulnere confossus, & janis periturus, nisi curetur, mensis, integroque anno abire patitur, quin confiteatur? Ego ne invincibilem vocabo ignorantiam illum, qui, cum minime desint prudentes conscientiz directores, sciti Theologi, & prudentes confessorii, vivit in profunda, & voluntaria suorum scelerum oblivione; ipse de conscientiz casibus disceptat, neque plurima confitetur peccata, quasi peccata esse desideret, quia tanta esse non putat? Si ahectata nunquam sese examinandi negligentia; si malo habitu, quo annum integrum, & ultra elabi finit, quin confiteatur, obliviscitur gravium scelerum, vel circumstantiarum peccata agravanium; si sæpe conscientie suæ vocem suscitans, fallacem tranquillitatem sibi comparavit? si ne multa cognoscant, que molestant bonorum, vel honoris reparationem requirerent, sibi suadet peccatum non esse, ubi est; si aliena consilia apud ipsam suspensione non caret: nonne verendum est, ipsum, cum non expleat id, ad quod teneatur, absolutionis gratiam nequaquam recipere? *Desumptum ex Marculis Sermonebus, Sermone de Confessione.*

Peccata tua confessus es; esto, verum quoniam dolore, & odio peccatorum tuorum? hęcne dotes maximas erant dolorum omnium, quibus cor tuum affici possit? odium hoc ginebat in anima tua horrorem non peccati solum, verum etiam obiectorum omnium, qui illius fuerunt causa, & occasio? horror hic amovit te ab hujusmodi occasionebus, exercitavit in te sanctum ultionis desiderium & contra te, & contra occasiones easdem? easne eadem voluptate quævisisti, ut olim, antequam te penitenter? Omne studium, operamque collocasti, ut pravos habitus tuos prolix eveteres? Ullane in vitæ tuæ ratione est vita corruptio? Horum nihil omnino. Igitur ad hanc usque diem nunquam fortasse bene confessus fuisti. *Auctor Anonymus.*

Initium bonorum operum est confessio malorum, inquit S. August. Inspice in te, quod non vis inspicere a Deo; statue coram te, quod vis Deum tibi post terga rejicere; *Sit ante te, quod non vis esse ante eum.* Si Deus cooperit peccata tua, curat illa; si illa operis, ea puni: tu fac, quod ab eo non vis fieri. Tu illa operi ut ille cooperiat; tu puni, ut ille curet. Quid proficerem, Domine, inquit in confessionibus suis Sanctus Augustinus, nisi peccata mea confiterer? Non quidem me oculis suis absconderem; sed te meis; te quidem non amplius agnoscerem, non ideo tamen a te minime viderer: *te mihi abscondam, non me tibi;* sed quoniam pro me loquuntur gemitus mei, & me nocentem fateor; te cognosco, te amo, te cupio. *De Marc. Panegyrico S. Augustini.*

Nihil fortasse in vita magis Heroicum fecisti, quam hanc criminum tuorum confessionem, & vereris ideo, ne male audias apud hominem; qui erubescendi occasionem habet tantam virtutem incipientis; qui Deum laudat, qui vim gratiæ illius admittatur, qui amabilem ipsius providentiam commendat lapsus electorum penitentem, ut illis tribuat occasionem sese ad virtutes minime communes attollendi, qui denique præ gaudio, & consolatione ingemiscit, donec tu præ verecundia erubescis! Verum hac obliuiscere: si Deum vereris; si illum amas; hanc repugnantiam tuam in utilitatem tibi converte. *P. de la Colombiere in Christianis Considerationibus.*

Quamquam sinceritas nullibi magis commendanda, & simulatio nunquam nocentior sit, quam in penitentiz Sacramento, ubi scelerum numerus, & qualitas explicanda sunt: ibi nihilominus passim major est ulus dissimulationis. Nonne verum est, plurimorum peccatorum curam, ubi penitentia, & confessioni sese præparant hanc esse, non ut sua mala cognoscant, ut lacrymis eluant, sed ut flu-

Ho quod confessus es peccata tua, non vides quod sine metu esse debeat.

Sinceritas que in peccatorum confessione requiritur.

deant. quibus potissimum verbis eadem explicent confessario ad nimis grave confessionis pondus evitandum? Ordo, & figurata verba peccatorum horrorem imminuentia, eam dispositionem constituunt, qua ad confessionem accedunt; & paratum esse confessioni, idem ferme est, ac methodum hanc invenisse. Occurrunt in confessione incidentia quaedam quae poenitentem aequo animo efficiunt, quam scelera ipsa, quae confitentur. Callidae queruntur ambages, quae omnem turpitudinem corrupti cordis abscondant: confessarium flectere student, ne affectum ex nobis eradicare contendant; fexcenti assumentur praetextus ad excusanda flagitia; crimen imminuitur, infirmatur, occultatur; denique ad celandas deplorabiles diuturni habitus, quem deserere in animo non est, illecebras, novus confessarius eligitur: huic peccata tamquam nova enarrantur, & nihil intentatum relinquunt, ne ille deprehendat consuetudinem, quae iam pridem viget, & quam tot confessiones nondum valuerunt infringere. Sub egregia specie omne passionis virus absconditur. *P. Masillon, Sermo huius argumenti.*

Reliquae omnes dispositiones externae tantummodo sunt praeparationes ad confessionem, dolor earum anima est, earumque meritum confititur. Sacramenti virtus aliis defectibus supplere potest, ubi vera adit omnium peccatorum detestatio: sed huius doloris defectus nihil supplere potest, pro reliquis satis esse potest dolor: sed pro dolore nihil unquam satis esse potest. Attamen in poenitentibus, qui ad confitendum accedunt, nihil invenitur rariius, quam dolor hic, sine quo remissio peccatorum obtineri non potest. *Idem.*

Quod spectat ad huius doloris principium, licet ille perfectior sit, qui oritur ex cogitatione Dei, qui adeo bonus, & misericors est, a nobis indigne laesit, quam perfectam dicimus contritionem; & quantum in nobis est debeamus adniti, ut hunc dolorem concipiamus: attamen cum pauci sint, qui non regantur potius metu, vel spe, quam purissimo hoc & integerrimo amore: Deus, qui nostrae infirmitatis rationem habere voluit, satis putat, si cum Sacramento dolor minus perfectus concurrat, dummodo supernaturali principio excitetur, & omnem prorsum excludat affectionem peccati, necnon contans adit propositum ulterius minime peccandi. Equidem scio, docet enim Sapiens, initium sapientiae esse timorem Domini, semperque operae praetium esse oculis fidei terrimas inferorum abyssus scrutari, ut grave illud spectaculum tanquam saluberrimum frangum hominem a peccato deterreat: scio equidem hanc esse doloris causam, quam recipit Ecclesia, quam Sancti viri semper sibi ob oculis proposuerunt, & quae Evangelii praecones utuntur, ut inane peccatorum pacem perturbent. O Deus! si, licet has devorantes flammam intueantur, hunc inferorum horrorem, & haec supplicia, quae peccatoribus praeparati, injuriam tibi inferre non cessat: quid unquam fieret, si ablato hoc frangum peccantium temeritati, eorum oculos clauderemus, ne adeo terribile spectaculum intuerentur? *Idem.*

Potissima bonae, sanctaeque Confessionis utilitas haec est, quod nobis obtinet veniam peccatorum, quae a nobis patrata fuerunt. Haec de re ambigendum non est, inquit S. Joann. Epist. 1. c. 1. si confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, & iustus, ut remittat nobis peccata nostra. Hoc igitur auditores magnum vobis est consolationis argumentum: licet ea omnia a vobis commissa fuissent scelera, quae omnes simul reprobi potuerunt committere, Deus vobis illa dimittit, dummodo illa sincere, & vera cum contritione confiteamini. Licet anima vestra picem ipsam nigredine superaret, fieret ipsa nive candidior, licet tenebricosissima nocte esset obscurior, fieret sole ipso nitidior; licet tanquam Demoneum horribilis esset, fieret speciosa velut Angelus. O Deus! O prodigium! quinam possent exprimer admirabilem eam mutationem, quam in anima efficit bona confessio uno temporis momento vi verborum absolutionis? Ab imo infernalitatis ad summum felicitatis ascendit; de morte transit ad vitam, de inferno in Coelum: & hoc pacto qui servus erat Domini pro peccato, fit filius eius per gratiam, & ut verbo me expediam, peccator de abyssu miseriae, & maledictionis egressus in cumulum felicitatis, & benedictionis ingreditur. *Ex Auctore Anonymo.*

O summam Dei bonitatem, quae in hoc Sacra-

Confessio
integrum
obtinere
peccatorum
omnium
veniam.

mento nosmetipsos scelorum nostrorum accusatores constituit? quoniam esset nobis confusio, si alios homines insituitus Deus actores adversus nos, quod in terris huius iudicis accidit; etiam voluisset alios produci coram Sacerdotibus testes praeter nos, ut in iudiciis affloret, adversus nos testatores. Sed JESUS CHRISTUS nostram salutem querit, non confusionem: ideoque non alios nobis dedit accusatores, nisi propriam conscientiam, ut si veniam minime consequeremur, de nobismetipsis tantummodo conquerendum esset, non autem de iudicio saevitia, & odio accusatorum. *Auctor Anonymus.*

S. Chrysostomus hom. 5. in Epist. ad Corinth. quae rit, undenam accidit, quod in confessionis tribunali abditissima scelera nostra confiteamur; atque iuxta confessionem hanc iudicium nostrum instituitur? Non ita confiteverunt mundi Iudices, non enim iudicant, neque iudicium ferunt de his, de quibus omnino sibi peritiam non est. Sed Sanctus hic Doctor ait, forte alios nobis esse regulas, quam iudicibus mundi; ipsi enim scelera inquirunt, ut in secessos animadverant; a nobis satis est, illos Ecclesiae subicere, a quo criminum focorum poenitentiam agere iubentur. *P. Bourdaloue Sermone de Confessione.*

Regius Propheta Psalm. 50. praeventer cupiens divinam Iustitiam in se irritatam, misericordiam illius deprecatur: *Miserere mei Deus secundum magnam Misericordiam tuam.* Ita exclamat ille, & petit insignem hanc gratiam, & misericordiam, quae mundetur, & abluatur, ita ut in ipso nulla peccatorum sordes superfluit. *Amplius lava me ab iniquitate mea.* Quorsum istud? quia fe peccasse constituitur, & sceleris sui gravitatem agnoscit: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* Quodnam genus illationis hoc est: quia suum scelus agnoscit, vult a Deo sibi parci; hocine iustum est? Attamen sanctus ille Rex ita loquitur: verum est, Domine, scelorum meorum confessionem satisfactionem esse levissimam; sed quoniam haec tibi satis est, non aliam offero tibi, neque alia mihi superest via, qua tecum redeam in gratiam: dimitte mihi peccata mea, *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* *Idem.*

Confessio gratiarum fons est: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Isaie 12. Quid autem Dæmon internicum nostrae salutis inimicus? videt ille criminum confessionem purissimum esse fontem: in illum virus inspergit malo confessionis usu, quem suadet, vel illum exsiccat, prohibens ne confiteamur; & hac in re Holophernem imitatur, qui Bethuliam obsessurus omnes Israelitarum fontes interdidit, ut siti eos enecaret. Ita dæmon huius Sacramenti fontem nobis abscondit, unde JESU CHRISTI Sanguis facit in animas nostras. Ciet in nobis confessionis necessitatem, & nos ab eadem avertit: ait periculum adesse, ne eadem perpetui utamur, & male utendi detrimentum ob oculos ponit: dicit nimis frequenter accedendum non esse: dicit, in illa magnum testandum esse reverentiam; at non inquit, optimum esse usum illius, ubi sit cum reverentia coniunctus. *Idem.*

Praeter gratiam, quae Sacramento adhaeret, quae utique prodest, ne in peccatum relabamur; quam non obtinet poenitentiam confessarius in animas, quae sese illi omnino credere decreverunt? Quid ille ab his non obtinet, ubi subiecti ipsi fuerint: ad quid illis non cogit, dummodo saluti earum proficiat, quas consuetudines non infringit, quae negotia non secant, quae cura evellere non contendit ex eorum corde violentos affectus? Quot ira motus non extinguit; quomodo illas in gratiam redire iubet cum iis, cum quibus vel inimicitias, vel similitates fovere cognoscit? Nonne animas efficit ab omni cupiditate vacuas? Nonne eas fenore, & quovis iniquitatis genere divellit? Nonne bona male parta jubet restitui? Hoc parit confessarius prudentia &c. *Idem.*

Addendum est, Confessionis usum validum esse frangum ad conscientiam coercedam, eamque in timore, & officio continendam, ita ut nemo alterius in peccatorum sordibus volutetur, cum cogitat pudorem, atque laborem quem confitendo passurus erit. Ita cogitatio praeterpropter eodem parit effectus, ac mors; ipsa enim memoria excitat futurorum, ut ad poenitentiam Tribunal appareat: aequae, ac si coram Deo apparere deberet iudicandus. Quid ultra dici potest? Confessionis usus animam a peccatis avertit, in infirmitate confirmat,

Parit
Deus pec-
cata sua
confite-
bitur.

Ausilia,
quae ex co-
fessionis
moniti
percipere
possumus.

ut fortissimarum tentationum vim impetumque sustineat: cum interim, qui iugum confessionis excutitur, vel qui raro confitentur, in omne genus improbitatis labantur. *Idem.*

Fidelium plerique confessionem respiciunt tamquam amarillidum poculum, quod medicus agro exhibet, illud cum horrore inspiciunt, & non sine difficultate ebibenti. Attamen haec unica est medicina ad animam curandam, & conscientiam enormi, qua obruitur, sarcina exonerandam. Satis putant, si semel quot tannis ad poenitentiae tribunal accedant solummodo, ut Ecclesiae preceptis obtemperant mentem illius non affectum. Si enim illa semel tantum in anno hoc pharmacum praecipit, non vult ideo favore peccatorum obdurationsi, qui hac tolerantia abutentes unicum anni diem eligunt ad peccata sua detegenda, ceteros vero ad ea committenda relavant: sed e contra illa prohibere vult, ne diutiori dilatione magis indurentur. *Sermo Manuscriptus.*

Secretum tuum tutius proculdubio later in corde confessarii tui, quam in tuo: tibi enim integrum est de eo loqui, illi vero non item: tibi quodcumque libuerit detegere fas est, sed nefas illi, qui confessionis sigillo hoc tantum tenet. Perdita mulier turpitudines suas enarrabit; iactabit funestum triumphorum suorum numerum, & ubi libido eam feret, abditissima etiam flagitia in vulgus profert, ac confessarii lingua vincta est. Immo debet ille etiam oblivisci eorum quae illi, dixit, & nunquam reminisci; saepe neque oculos habet, ut te cognoscat, neque memoriam, ut peccata sibi detecta detineat ita, ut haec illi aperire, idem fit ac nemini dicere. Hoc in sensu usurpantur illa Scripturae verba: *Secretorum scrutatores quasi non sint.* Isaie 40. constituit Deus Iudicem super populorum conscientiam, qui sunt tamquam Dii, vel potius, qui sunt, quasi non essent. *Idem.*

Jure quidem Regius Propheta, Psalm. 31. beatos eos nuncupat, quorum peccata sunt abscondita: *Beati, quorum secreta sunt peccata.* Talia vero sunt ea, quae fuerunt in confessione detecta: *Nunquam magis secreta, quam in confessione detecta,* quidam ait. Deus bis in idipsum non iudicat. Igitur secretum suum abscondit, qui illum revellat, qui tunc anima poenitens vere dicere potest: *Secretum meum mihi:* certa sum, ubi illud aperui in confessione: antea verabar, ne manifestaretur: modo vero huiusmodi periculum abieci. Christiane infelix, qui seelus tuum conaris abscondere, illud sacrilegis tuis cooperire contendis; scias illud a tua conscientia fuisse visum, illud ab eadem cognosci: hanc illius testem esse, ac tandem aliquando locutura, atque secretum tuum in faciem universae terrae aperitura. Sed mali huius evitandi ratio una est illud aperire, quin inest huiusmodi extremum praeforis. Detegere peccatum suum in poenitentiae Sacramento, idem est ac illud de manu Iustitiae Divinae divellere, a quo proculdubio fuisset manifestatum. Peccata, quae revelamus, in aeternum erunt abscondita, e contra vero quae abscondimus, certissime revelabuntur. *Nihil opertum, quod non venietur,* Luc. 12. Non audes detegere peccata tua, abscondis illa Sacerdoti, qui silentium non temerandum servare tenetur, neque times futurum, ut aliquando aperiantur ob oculos Angelorum, in faciem universae terrae; neque veteris futurum, ut tunc temporis ea cooperariis confessione, quam hodie levissimam evitare contendis? *Idem.*

Non possumus nobismetipsis austeritates imponere: e contra vero modice abstinentia, & pauca jejunia, quae nobis praecipit Ecclesia, adeo gravia sunt, ut semper nostra audiat querela. Confessarii nos ita imbecillos inveniunt, ut levissimas poenitentias opprimere vereantur. Tu vero Domine, ut huic defectui supplies, saepe penas iustitiae tuae pares immittis. Immittit ille agritudines, honorum iacturas, publicas, domesticaeque afflictiones &c. *Auctor Anonymus.*

Poenae, atque internae mortificationes, quas patitur, dolores, fastidia, domesticae cruces, negotiorum adversitates, spiritus ambiguitates, & arduitates esse possunt peccatorum nostrorum satisfactio: quid enim interest, utrum spiritus, an caro, an corpus patiatur, dummodo huiusmodi mortificationes poenitentiae locum apud nos habeant? Affectus aliqui domitus, affectus, cui omnia auferuntur obiecta, in quae fertur, affectus coercitus, atque frenatus acceptissimum est Deo sacrificium. *Haudry Bibl. Tom. 1.*

Exigua fa-
satisfactio,
quae Deo
fit pro
peccatis.

cium, & confiato prorsus consensu Patres fatentur, Sacrificium hoc Deo magis placere, quam omnes mortificationes extrinsecas. *Soli prima Propositione de Jubileo.*

Peccata omnia confitentia sunt, & qui obliviscitur mortalium, quod minime insuperit tempus necessarium ad conscientiam rite excutiendam, nullam efficit confessionem. Post vitam in otio, atque impudicitia transactam, post plures menses in sceleribus anteactos, post impiorum societatem, post consuetudines criminosas, post diuturnam salutis suae negligentiam, post sexcenta peccata cogitatione, verbo & opere perpetrata: post haec omnia, inquam, conscientia suae examini ante confessionem breve temporis intervallum relinquere, praecipit festinatione sacrum tribunal adire, quin ferme scias, qua de re te ipsum accuses, rerum inutilium faraginem evolvere, & ea praerire, quae diligentius omnino sunt detegenda: hocine est bonam confessionem perficere? Brevis hoc temporis spatio anteactam vitam omnem cogitatione repetere potes: omnia iniquitatis consilia, obmurmurationes, scandala, injurias, ultiones, quas vel meditatus tantum es, vel etiam executus: injurias proximo illatas vel in bonis, vel in infirmitate; negligentiam, qua munere tuo fundus es? Tales nihilominus sunt plurimum confessiones, qui post multos menses, & nonnumquam etiam post annos integros nesciunt quid dicant confessario, licet scelerum suorum numerum numerum capillum excedat. *Dictionarium Morale de Indulgentiis.*

Confessio, ut rite fiat, habere debet qualitates. Brevis esse debet sine verborum, inutiliumque rerum ambagibus, ubi sapius alieni, quam proprii ostenduntur defectus, qua in re malum facis bonum facere existimans. Aperite, distincteque explicanda sunt species, numerus, circumstantiae peccatorum ea insigniter aggravantium; rationes, propter quas peccatum fuit, & ipse etiam habitus peccati. Si enim confessio esse manifestatio secreti morbi, vel absconditi vulneris, quomodocumque confessarius, qui idem & medicus est, & Iudex, huic morbo, & vulnere mederi poterit, nisi mali causam cognoverit? Simplex igitur debet esse exaggeratione & sine exclamationibus, modesta esse debet, iisque concepta vocabulis, quae pudorem non ledant; tunc etiam cum tenetur ea aperire scelerum, quae hanc virtutem laeserunt. Humilis esse debet, conjuncta spiritu contritionis, qui in anima peccatoris confusionem pariat, sanctamque tristitiam, ubi hinc peccata sua, inde Iesu Dei bonitatem adpexerit. *Auctor Anonymus.*

Poenitens in poenitentiae Tribunal non rei folum, verum etiam testis, atque accusatoris personam in seipsum agit. Necessae igitur est, ut ea habeatur factorum cognitio, quae in hoc iudicio requiritur: peccator diligenter examine excutiat conscientiam suam, suas cogitationes, verba, & actiones inquirat, ut peccatorum suorum numerum agnoscat, eorumque circumstantias, & qualitates distinguat, easdem intra se primum detestatur, mox vero in confessione declaraturus. Ad hoc autem humiliter implorat, opus est, caeleste auxilium, & lumen; divinam adoret maiestatem, coram Iudice suo fateatur se miserum esse peccatorem, qui licet iniquitatibus diffusus, eas tamen citra divinae gratiae subsidium nequit cognoscere. Deum obsecrat, oportet, ut opus hoc diligit, atque perficiat, mentem illustret ad peccatorum numerum, gravitatemque cognoscendam, & cordi veram immitat patratum scelera poenitentiam. *P. Gezon; Libro cui titulus usus Sacramenti Poenitentiae.*

JESUS CHRISTUS obligationem instituitis peccata confitendi confessario videtur procurare voluisse poenitentiam dulcedinem quandam, atque solatium. Bona fide rem, ut est, fateamur; cum sincera est poenitentia, dolore verus, nonne verum est in peccati confessione nullum sentiri dolorem? Vos omnes testor, quos Dominus aliquando vere contritionis cuspidem tetigit. Tunc profecto poenitens obrutus afflictione sedulo quaerit, cui illam communicet: secretum suum ultra retinere non potest, se infirmatum cognovit sub ea sarcina, quae gravis effecta est, eo quod neminem habet, a quo sublevetur: nihil aliud quaerit, quam consolator, in cuius sinum propius dolo effundatur. Eos profecto nactus sum, quibus non aliud solatium erat, quam confessario eos communicare sensus, quos divina favente gratia conceperat.

Conscientia generalis excutienda est, ut rebus confitenti fiat.

De examine, quod confessio non praecedere debet.

Quoniam gaudium ad pedes meos provolvebantur...

Dissimulatio, ablatio, deus...

Si in ipso etiam sanctissimo poenitentia tribunal...

Poenitentia tribunal, ubi Sacramenti hujus Ministris...

In Poenitentia tribunal, quamvis sanctissimum sit...

Confessio sine peccatorum dolore...

Peccator, qui ad poenitentia tribunal accedit...

ad illum deterrendum, si qua in ipso pietatis scintilla...

Sæpe eos quærimus confessarios, qui per indignam...

Cum patris facinoris dolor essentiale Sacramenti...

Deo attritus est attritus...

cui supplet indulgentia, quæ ex Ecclesie thesauris...

Si primus conversionis gradus, & unica ratio ad Deum...

Confessio pluribus inuitis...

Undenam proficitur in tot peccatoribus Divini hujus...

De defectibus ad hoc Sacramento...

Sufficientis examinis defectus est defectus præparatoris...

Dispositiones ad hoc Sacramento...

Quamvis sunt dispositiones illæ, quibus ad poenitentiam...

Peccati odium, & horror.

Quotumvisque inter homines poenitentes occurrunt...

dem libidinis amorem, ipsamque versantur in occasionibus...

Quamquam incuria, & negligentia vulgatissimus sit...

Si peccatorum remissionem, quæ per poenitentiam...

Concilia, atque Doctores unanimi consensu tradunt...

Deo extrinsece in examine...

Fif 2 Do

